

QUÆST. 122. Quæ est prima petitio?

RESP. Sanctificetur nomen tuum: hoc est, da principio ut iereclè agnoscamus, & lucentem in omnibus operibus tuis omnipotentiam, sapientiam, bonitatem, justitiam, misericordiam & veritatem tuam veneremur, prædicemus & celebremus: Deinde ut universam vitam nostram, cogitationes, sermones & actiones, eò semper dirigamus, ne sanctissimum nomen tuum propter nos contumelia afficiatur, sed honore potius & laudibus illustretur.

Non

FUNDAMENTA precationis Christianæ ex
Dominicæ Orationis exordio confi-
deravimus

Quoniam verò Deus noster non nisi peten-
tes secundùm voluntatem ipsius, i. Joh. 5, 14. exaudit: supereft
ut ex secunda orationis parte
videamus; quid à Deo petere
conveniat.

Licet autem in tota Oratione ista & ubi-
que gloriæ Dei ratio habenda
sit: tres tamen priores petitio-
nes Dei gloriæ peculiariter de-
stinatæ sunt, reliquæ tres po-
steriores nostri curam gerunt.

Tertullianus in hanc consentit distribu-
tionem, inquiens:

Hac

l.

2.Q